



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Lex, Quid & quotuplex

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

pie. de expensis ludorum. in sermonem esse, cum non adest iusta causa, ut erat in facto, quod illam constitutionem poposcit. Neque dicas, Tridentinum sess. 22. capite 6. in talibus permutationibus requirere iustam & necessariam causam. Nam ad hoc responderet Comitolus libro 7. quest. 9. numero secundo. Concilium sumere ly & pro vel, & intelligendum esse disiunctivè, non copulativè. Adverte autem, iustam causam sufficere, si se teneat ex parte rei, quod nimirum commutatio fiat in æquale, vel melius. Nam causa iusta ex parte commutantis, nempe bonus finis, &c. non sufficit. Ita Sylvest. v. legatum 4. quest. 11. part. 2. tractat. 12. resol. 26. Delegato ad pias causas, vide V. Testamentum privilegium.

LEGATUS.

Legatus triplex. A latere, dativus & natus.

Tria sunt genera Legatorum Summi Pontificis. Quorum dicitur *à latere*, & sunt Cardinales, quos appellat fratres. Alii dicuntur *dativi*, qui simpliciter in legationem mittuntur. Tertii dicuntur *nati*, qui præter suarum Ecclesiarum legatione funguntur, & hi sunt quatuor Archiepiscopi, nimirum Eboracensis, Cantuariensis, Remensis, & Pisanus *cap. 1. de officio delig. lib. 6. &*

Et primus habet iurisdictionem in Regularibus & alios exemptos, non autem ultimos.

2 Legati à latere possunt suam iurisdictionem exercere in Regulares & alios exemptos, non autem nati. Ita Abbas in *cap. 1. de off. leg. in v. universos, ex c. si abbatem, de elect. in 6. & cap. 1. de verb. signif. part. 1. tractat. 2. resolutione 17.* An legatus Papæ habeat iurisdictionem in Inquisitores, vide V. *Inquisitorum, num. 38.*

LEX QVOD VID. ET QVOTVPLEX.

LEX describi potest, rationis Ordinatior, homini, quid agendum quidve non agendum sit, ostendens, in commune bonum instituta.

Est duplicis generis. Alia enim est divina, alia humana. Illa est, quæ immediate à Deo instituta est: hæc, quæ ab hominibus.

3 Rursus lex divina alia est naturalis, alia positiva. Illa est, quæ rationi humanæ insculpta est, & à ratione derivatur, qualia sunt Præcepta Decalogi. Hæc quæ non nisi per revelationem innoscit, cuiusmodi in lege Evangelica sunt præcepta Sacramentorum, & fidei.

4 Humana autem lex vel est Ecclesiastica seu canonica, vel secularis, seu civilis. Illa est, quæ à Papa, Concilio, Episcopo, vel alio Prælato Ecclesiastico procedit. Hæc, quæ ab Imperatore, Rege, Republica, &c.

LEX QVOS OBLIGET.

Non omnis lex obligat ad observantiam illius, nisi aliquas habeat conditiones.

6 Prima conditio est, ut lata sit à legislatore potestatem habente, ex cuius conditionis defectu. Legislator non tenetur servare suas leges, quia non habet potestatem in seipsum. Intelligit de obligatione coercitivam ad eas, quæ ex æquo obligant omnes, ut sunt, quæ taxant pretia rerum, &c. tenetur vi directiva, eo quia lex naturalis præcipit, caput cum suis membris conformari. Ita Granado in 1. 2. contr. 7. tractat. 3. part. 2. disput. 17. sect. 3. num. 24.

Qui putat, legislatorem dictas leges frangentem peccare mortaliter. Sed e-

Lex non obligat nisi subditos.

Nam legislator non tenetur servare suas leges, nisi directiva vid. & obligatione probabiliter solum veniali.